UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primu[m] est Joannis mirifica exultatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

cū. Ubi Amb. Zacharias nutu interrogatur. q2 incredulitas ei affatuꝫ eripuerat et auditū. Hec ille. Patet itaqꝫ ex dictꝫ ſacratiſſime virginis virtuoſa ꝓceſſio. quia vicꝫ in mōtana ꝓceſſit in ciuitatē iuda ꝛc̄. In quo etiā innuit̄ q̄ ad ſublimitatē gratiaꝝ et virtutū aſcendit ſuꝑ omnē creaturam rationalem. quare merito ſibi dicitur Benedicta tu inter mulieres: imo etiam inter omnes creaturas rōnales.

Secundū myſteriuꝫ eſt ꝓceſſionis vl̄ viſitatiōis gratioſa cōmendatio. q2 vicꝫ ꝑ hanc viſitatiōem facta ſunt multa ꝓpter que cōmēdabilis atqꝫ laudabil' apparet iſta viſitatio. In euāgelio autem precipue tanguntur tria veneranda myſteria q̄ ꝑ hāc viſitatōeꝫ facta ſūt.

Primū eſt Joannis mirifica exultatio.
Secundum eſt matrꝫ eius ꝓphetica inſpiratio.
Tertiū eſt inſpirationis magnifica expſſio.

Primū eſt Joānis mirifica exultatio.

Viſitauit vtiqꝫ Maria heliſabet vt [ei] gratularet̄. Hiero. Ut miraculū miraculo: gaudiū gaudio cumularet. Un̄ nō ſolū fuit gaudiū inter matres: ſꝫ ꝛ ipſe Joānes adhuc in matrꝫ vtero clauſus q̄ſdam geſtus ad ſimilitudinē exultātꝫ repſentauit. Statim em̄ vt Maria ſalutauit Heliſabet: replet' eſt Joānes ſpūſctō et ſentiens dn̄i pſentiam/ quē voce nō potuit/ aīo exultante ꝛ motu ſalutauit. Mouebat̄ em̄ in vtero q̄ſi geſtiens aſſurgere dn̄o ſuo ꝛ q̄ſi egredi vellet ex vtero ꝛ ei occurrere. Tunc ergo p̄mo p̄curſorem ſuū Jeſus ꝓphetam fecit qui in vtero matris exiliens/ eius aduentū euāgelizauit ꝛ p̄curſionis ſue officiū inchoauit q̄ſi iā intra matris viſcera clamaret: Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mūdi. Chryſ. Chriſt' ideo Mariam ſalutare fecit heliſabet vt ſermo ꝓcedens ex vtero matris vbi habitabat dn̄s ꝛ per aures heliſabet ingreſſus deſcēderet ad Joannē ꝛ illic eum vngeret in ꝓphetam. Hec ille. Cōſidera q̄ꝫ magne virtutis eſt ſalutatio virginis: q2 cōfert gaudium: confert ſpūmſanctū: confert ꝛ reuelationem ſecretoꝝ diuinoꝝ. Ideo ſꝑ eſſet nobis deuote ſalutanda ꝓpter reſalutationis lucrum inde ſperandum

Secundum myſteriuꝫ eſt

matrꝫ Joānis vicꝫ Heliſabet ꝓphetica inſpiratio. Unde dr̄ in euāgelio. Et repleta eſt ſpiritusancto Heliſabet. Ex plenitudine em̄ gratie chriſti in vtero virginco exiſtentis effuſa eſt ꝑ virginis ſalutationem gratia ſpecialis in Joannē que vlteri' redundabat in matrē. Beatus vtiqꝫ q̄ viſitatur ꝛ ſalutat̄ a Maria: cuius viſitatio ſic eſt gratie diffuſiua. Nec mirū: q̄m ipſa geſtabat eum in vtero de cuius plenitudine omnes accepimus. vt hr̄ Joan. j.

Tertium myſteriū eſt in

ſpirationis magnifica expſſio. q2 vicꝫ Heliſabet ſpūſancto accenſa pre gaudio exclamauit voce magna ꝛ dixit. Benedicta tu inter mulieres ꝛc̄. Spūs vtiqꝫ infantꝫ nō valentis loq̄ voce ꝓpria/ facit matrē clamare voce magna. et hoc in ſignū magne deuotionis ꝛ affectiōis. Voce inq̄ꝫ magna clamauit non tā clamoroſa q̄ꝫ deuota. q̄a nō clamor ſꝫ amor cantat in ore dei. Deuotio vtiqꝫ magn' clamor eſt adeo vt vſqꝫ in celuꝫ audiat̄. Quid (inquit Exo. xiiij dn̄s Moyſi tacenti) clamas ad me: qui tamē nō clamabat ad deū clamore oris: ſed deſiderio cordis. Aug'. Clamor ad dn̄m eſt intentio cordis ꝛ flagrantia dilectiōis qua feruenter petit̄ qḋ optatur. Clamans itaqꝫ Heliſabet dicit: Benedicta tu inter mulieres. i. ſuper omnes mlieres. et benedictus fructus ventris tui: in quo benedicende ſunt omnes gentes. Benedicta arbor: bn̄dictus et fructus. Benedicta virga de radice ieſſe: bn̄dictus ꝛ flos qui de tali radice aſcendit. Benedicta talis mater: benedictus ꝛ talis filius. ſequit̄. Et vn̄ hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Qua mea iuſticia: quibus meritis/ vt veniat dn̄a ad ancillam: mater dn̄i ad matrē ſerui? Certe nulla mea ſanctitas hoc meruit: ſed tua tuiqꝫ filij humilitas te coegit venire ad me. Et ideo miror de viſitationis humilitate ꝓpter magnificentiaꝫ virtutꝫ tue que apparet in te. Ecce em̄ in tuo aduentu et ſalutatiōe nō ſolum ego ſed ꝛ infans in vtero meo gratulat̄: et quod voce non poteſt/ gaudio fatetur. Et beata es que credidiſti. ſ. angelo: q̄m per aſſenſuꝫ fidei cōcepiſti: quoniaꝫ ꝑficientur in te ꝛc̄.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN